



**Antiqvae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

II. Qvomodo Timinam venerit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

ignara, cruda quodammodo & barbara fuit Christianis, & iij ignoti ad ignotos venerunt. Solum tamen urbis præfatum in priori peregrinatio ne cognitum habentes, ipsum de hospicio conuenerunt: sed ille articè eos suscipiens & alios quoq; se hospites habiturum dicens, arcem iuxta ciuitatem in veteri castello eorum mansio[n]i designauit, in qua fixis tentorijs se requieturos sperantes vanis terroribus tota illa nocte agitabantur.

*QVOMODO TIMINAM  
venerit.*

**A**M Dux POMMORANIAE popu-  
laturus LEV TICIA M cum exercitu eadem no-  
cte illò venturus erat: Timinēles aut Leuticios  
audierant ad pugnam ibi ei occursum. Vnde  
nō modica trepidatio fuit in ciuitate. ingruente igitur no-  
ctis silentio, exercitus ducis per turmas suas illuc conflu-  
xit, factumq; est, vt vna cohors peditū, & altera cohors e-  
quitum ex diuerso iuxta ciuitatem conuenientes, quia  
nox erat, vtrique se hostes suspicati, diutissimè gladijs  
caderent. Nostri vero strepitu ac tinnitu armorum exci-  
tati & exterriti, ignem in castris aqua perfuderunt, fugam  
meditantes. Interea socios se agnoscentes, illi à pugna  
desierunt. Præfectus vero missō latellite causa[m] illius tu-  
multus eis insinuans, ne timerent rogauit; sicque animati  
constiterunt in loco luo, facto mane Dux cum exercitu  
omni ad prædam festinans, Episcopum videre non po-  
tuit; sed missis nuncijs ibidem illum die illa rogauit se ex-  
spectare. Circa meridiem vero LEV TICIA M quaqua

Ggg 3 ver-

II.

versum fumigare aspicerunt; signum omnia vastantis exercitus. Ad vesperum autem ecce Dux voti compos multa onustus præda cum suis omnibꝫ & in columnis reuertitur. Aspiciebat namq; Episcopus quia diuidebat ipsa vestes, pecuniam, pecora & aliam diuerſi generis substantiam, homines quoq; quos captiuauerant, inter se distribuebant. Ibi vero fletus & gemitus & dolores innumerati, cum ad diuersos duos pro ratione divisionis vir ab uxore, & uxori à viro, & parentes à filiis discedebant. Et quamvis pagani omnes essent, omnes quos huiusmodi miseria inuoluerat, Episcopus tamen pius semper & misericors, conditionem miseratus humanam, lachrymas tenere non potuit. Dux vero & successus rerum & de aduentu Episcopi lætissimus videns quia hoc eius voto placuit, teneriores, & infirmiores quosdam absoluī præcepit, & quibus se peratio dolori, manere simul, eius interuentu, ordinabat, auditq; eo multa faciebat, & libenter ei obaudiebat. Episcopus cuā multos prelio absoluī, quos tamen fide imbuīos baptismoq; nouauit renatos & liberos abire permisit. Deinde cū mutuis colloquijs se recreassent & inuicem muneribus honorassent, Duce ad sua negotia digresso Episcopus omnē substantiam suam & populi qui secum erat, TIMINÆ nauibus imponens per proni fluminis vndā tribus VNZNOMIAM. vēti sunt, Episcopo in itinere terrestri cū paucis gradente, in ora hac Euangelico vomere agrum domini sui proscindens, semen spargit fidei, neq; ibi difficultas erat in opere: quia ciuitas illa præcompluta fuerat imbre doctrinæ salutariæ. Sacerdotes ~~enim~~ quos pater beatus operis sui vicarios in gēte illa reliquerat VNZNOMIAM ex magna parte conuerterant: reliqua pars per Episcopum apposita est ad domi-

num.

QVO.

## QVOMODO A TIMINA

VNZNOMIA M veniens per

Fro~~z~~izlaum DuceM Apo-

stas eos argu-

erit.

III.

**G**ITVR in hac ciuitate, quia prope  
fuit festum Aduentus spiritus sancti, Dux  
terræ Fro~~z~~izlaus toto corde Christian⁹ in-  
stinctu Ottonis baronibus ac capitaneis totius prouinciæ  
ac præfectis ciuitatum in festo Pentecostes conuentū in-  
dixit; causam simul Christi mandans Euangelium & Euā-  
gelistam iterum aduenisse Ottонem Episcopum. Itaq; die  
statuto congregatis omnibus adducto in medium Episco-  
po Duxait, En ad quod venistis? En coram est nuncius al-  
tissimi. Pacem fert non arma, neq; vestra sibi, sed vos met-  
ipso Deo lucrari quærerit. Attendite oro. Ante hoc qua-  
driennium in superioribus huius terræ partibus docens, me  
teste, nostis quoque & ipsi, omnia repleuit Euangilio. Et  
tunc quidem has partes visitare volebat, sed Deo prospe-  
rante negotia sua toto anno illo sanctis operibus illic tene-  
batur occupatus, emensoque anno ad sua reuerti suæ se-  
dis rationibus cogebatur, nec ad vos venire præualuit. Sed  
quæso vna mecum & huius & illi⁹ viæ causas diligenter aduer-  
tit, quodq; in omni casu fieri solet, quis, vel quare, quid,  
vel quomodo agat, altius cōtempletur. Et primo de per-  
sona id vobis cōstat, quia homo religiosus senio & canicie  
venerabilis est. Hoc n. & ipsi videtis de cui⁹ nobilitate o-  
pera testam-